

SCRIPTA

Numéro Scripta : 262

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 292

Auteur(s) : Ansger et Hervé, frères [particulier]

Bénéficiaire(s) : Mainard, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1033...

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Les frères Ansger et Hervé confirment au Mont-Saint-Michel la donation de l'église de Polley faite par leur père à l'époque de l'abbé Mainard en tant que gage de quatre livres.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Copie, 12e siècle, Avranches, Bibliothèque municipale, ms 210, fol. 47-v

C. Copie (déchirée), 13e siècle, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche, G, n° 521

Éditions principales

a. Génestral Robert, *Le rôle des monastères comme établissement de crédit étudié en Normandie du XIe à la fin du XIIIe siècle*, Paris, Rousseau, 1901, Appendice I (gages), n° IV, p. 217-218.

b. Keats-Rohan Katharine, *The Cartulary of the Abbey of Mont-Saint-Michel*, Dorsington, Shaun Thyas, 2006, n° 24, p. 106-107.

Dissertation critique

Datation proposée par E.Z. Tabuteau.

K. Keats-Rohan propose la datation [1023-1027].

Texte établi d'après a

In nomine Sanctæ et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Ansgerius et Herveus frater meus commendavimus facere istam cartam ; aperta causa est satis quod pater noster Gradelocus unam ecclesiam dedit Sancto Michaeli de villa que dicitur Pollei, tempore Mainardi abbatis, in vadimonium propter quatuor libras denariorum. Postea ductus amore Dei et Sancti Michaelis venit in locum illum et dedit eandem ecclesiam sancto Michaeli in proprium alodum pro remedio anime sue, retentis quattuor libris denariorum quas prius acceperat. Sed et mater nostra pro eadem causa unum vestimentum valde bonum habuit de pallio, ea videlicet ratione ut, quocienscumque eveniret patrem nostrum vel nos ire in prelium, a monachis sancti Michaelis duos equos prestitos haberemus, deinde sanos redderemus. Quod si tanta necessitas eveniret, ut aliter fieri non posset, omnis locus sancti Michaelis nobis esset ad refugium. Qua auctoritate eandem ecclesiam semper tenuerunt et patris nostri tempore et nostra etate, donec, deficiente ab eis conventionone de caballis, quia gravis erat, eandem ecclesiam recepimus. Nunc autem providentes anime patris nostri et nostrarum animarum, reddimus eam Sancto Michaeli tempore Theoderici

abbatis, laxata conventionem de caballis et acceptis octo libris denariorum in testimonium. Et si necessitas verberum nobis evenerit, habeamus refugium ad sanctum Michaellem. Et quia Guillelmus frater noster clamorem facit in ista causa, donamus omnem fiduciam, quia participem eum fecerimus de ceteris bonis patris nostri de quibus expertus est, dabimus ei pro isto clamore aliorum justam partem vicissitudinis. Nec sit in perpetuum ex omni progenie nostra, qui jam amplius in ipsa ecclesia clamorem faciat, sed sit sancti Michaelis in eternum, sicut supradictum est. Et ut hoc stabile permaneat in sempiternum, confirmandum tradimus auctoritati domini nostri Alanni comitis et vasallorum ejus et nostre et infantum nostrorum. Si quis autem hoc aliquando violare presumpserit, maledictione et excommunicatione perpetua dampnetur cum Juda traditore Domini et cum Achitofel perjurio et cum omnibus inimicis Dei. Signum Alanni comitis †.